PETRUS LOMBARDUS

Klosterneuburg Anfang 13. Jh.

Seite 311v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=343
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fide. & multis apparuisse legimus
& tenemus. Spiritus autem sunt an
geli. nec eo spiritus sunt. quo ange
li cum mittuntur: fiunt angeli.
Angelus enim officii nomen est n̄
nature. Nomen nature spiritus
est. ex eo quod est. spiritus est. ex
eo quod agit. angelus est. sicut no
men nature est homo. nomen of
ficii miles. Homo ergo. fit miles. n̄
miles homo. sic eos qui erant sp̄s
conditi a creatore deo. facit ange
los mittendo eos nunciare quod
iusserit & utitur omnibus ad
incommutabilem arbitrium sen
tentie sue. siue bonis per eius gratiā.
siue malis. per propriam uolunta
tem. ac p hoc. uoluntas dei est pri
ma. & summa causa omnium cor
poralium specierum. atq; motio
num. Nichil enim uisibiliter fit.
& sensibiliter: quod non de inte
riore inuisibili. atq; intelligibi
li aula summi imperatoris. aut
iubeatur: aut pmittatur: secun
dum ineffabilem iusticiam. Vel
ita distingue. ut angeli dicantur
quando leuia nuntiare mittun
tur: quando uero mittuntur ad
uindictam. dicuntur ignis ardens
idest seraphyn. & hoc ē quod ait.
facit spiritus angelos suos. cū
leta & leuia nunciant. & mini
stros suos. facit. flammam ignis
dum ad exercicium uindicte mit
tit. ut in sodoma. & in aliis pluri
bus locis. Fr̄. sicut secundum lit
teram. fit in creaturis. sic in eccle
sia figurate fit. ubi spiritus. id ē
spūales facit angelos suos. idest
nuncios uerbi sui. & ministros su

os flammam ignis. quia ministri
ecclesie. etiam ignis sunt. dum spū
feruent. & uitia nostra urunt. fe
nū enim tuum incendunt. id ē
uitia tua curant ministri dei. q
predicant uerbum dei. Ad fili
um autem thronus tuus deus
in seculum seculi uirga equitatis,
uirga regni tui. Dilexisti iusticiā
& odisti iniquitatem. ppterea
unxit te deus deus tuus oleo exul
tationis pre participibus tuis. Et
tu in principio domine. terram
fundasti. & opera manuum tuarum
sunt celi. Ipsi peribunt tu autem p
manebis. & omnes ut uestimentū
ueterascent. & uelut amictum mu
tabis eos & mutabuntur: tu autem
idem ipse es & anni tui n̄ deficient.
Ad filium autem. Hic p dignitatē
simul & potestatem commendat
xp̄m. Quasi. illud ptinens ad ange
los dixit. hoc autem ptinens. ad fi
lium. ait dominus p pphetam.
o deus fili. thronus tuus. idest re
gnum uel iudicium. de quo in euglio.
omne iudicium dedit pat filio. i.
regia dignitas uel iudiciaria se
des. pmanet in sclm scli. quia &
semp regnabit & nouissimum
iuditium semp stabit. Vnde in eu
angelio. Ibunt hii in ignem eter
num. & illi in uitam eternam. &
merito pmanet thronus tuus. &
idest quia uirga regni tui. idest
regimen & disciplina. qua bonos
regis. & malos percutis uel conteris.
ē. uirga equitatis. i. regula dire
cta. & inflexibilis que alibi dicitur.
uirga ferrea. p quam prauitate di
stortus. si ei herere uelit dirigitur.

Vel si reg(n)um sire uelit.